TABULAE MARTIS

NOVAE ET CORRECTAE

EX

THEORIA GRAVITATIS

CLARISSIMI DE LA PLACE

ET EX

OBSERVATIONIBUS RECENTISSIMIS

ERUTAE.

AUCTORE

BERNHARDO DE LINDENAU.

EISENBERG,

IN LIBRARIA SCHOENIANA

MDCCCXI.

INTRODUCTIO
AD
TABULAS MARTIS.

Operae pretium esse, in orbitam Martis summo studio et indefesso labore inquirere, inter Astronomiae cultores haud erunt, qui dubitent, immortali Keppleo ex ejus indole jam veras planetarum leges derivante.

Usque ad seculi decimi octavi finem Astronomi, de Theoria Martis disserentes, omnes fere ejus perturbationes neglexerunt, et elapso tandem primo praesentis seculi decennio majorem in earum computatione diligentiam deprehendimus, cum jam non desint viri celeberrimi nominis, qui Astronomiae physicae praeceptis insistentes, felicioribus auspiciis et meliori fato theoriam Martis enucleare adgressi sunt.

Viris Ill. Wurm, Oriani, Schubert et Burckhardt quamvis diversa methodo procedentibus, accuratiorem perturbationem Martis evolutionem per actionem Jovis, Veneris et Terrae debemus, quorum virorum vestigia sequentes, quatuor Astronomi novam et meliorem elementorum Martis determinationem exhibuerunt. Tabulae a le Français, Oriani, Triesnecker et Monteiro, natione Hispano, his elementis superstructae, parum inter se discrepant. De methodo, nova Martis elementa investigandi, optime V. Cel. Oriani et Triesnecker in Ephemerid. Mediolan. 1801 et Vindobon. 1805 rationem reddiderunt: idem an factum sit a le Français et Monteiro, adhuc incertus haereo. Tabulae a Cel. Triesneker secundum Theoriam Ill. Schubert et adminiculo triginta duarum oppositionum Martis summa solertia elaboratae, merito magni aestimantur, cum non nisi rarissime viginti minutis secundis in longitudine geocentrica a coelo aberrent. Jam opus pro confecto censendum esse videretur, nisi maxime optandum esset, ut omnes omnino planetarum orbitae secundum Ill. la Place theoriam tractarentur. Accedebat, quod, aucto ab anno 1805 factarum observationum numero, innotescentibus etiam iis, quas novissime secundus operis BRADLEYANI Tomus sistit, spes de majori perfectionis gradu, ex repetita elementorum Martis elaboratione adipiscendo, omni jure alenda esset. Haec sunt, quae ad novam hujus materiae scrutationem me impulerunt: nec expectationem eventus fefellit.

Ope quarundam correctiuncularum elementorum Cl. TRIESNECKER, quibus omnis omnino calculi mei ratio innititur, et perturbationum, quas Ill. LA PLACE Theoria gravitatis suggerit, ratione habita assecutus sum id, quod erat propositum, exoptatissimam scilicet inter Elementa et omnes ab anno 1750 usque ad nostra haec tempora heliocentricos Martis locos observatos congruentiam.

De ipsa methodo, qua in nova elementorum determinatione usus sum, plura dicere supersedeo, cum plane consentiat cum illa, quae suffragiis omnium nostri aevi Astronomorum in hujus generis disquisitionibus omnibus aliis praefertur. De methodo, quae voce: *Aequationum conditionis* venit, sermonem esse, quilibet, vel me non monente, intelligit. Differentia ex comparatione locorum ♂ heliocentricorum, quales observatio suppeditat, cum illis, quae ex elementis computantur emergens aperte functio erit ipsarum correctionum elementorum, de quarum determinatione quaeritur. Formandae hinc sunt aequationes inter has differentias et relativas elementorum variationes unde illarum correctiones eruendae erunt.

Investigatio orbitae ex locis geocentricis magnis implicita est difficultatibus, ex quibus nemo nisi per operosissimos calculos numericos se extricare poterit. Consilium hinc mihi erat, recedendi a via, quam ipse in elaboratione tabularum Veneris ingressus eram, eo magis cum finem propositam, hac methodo assequi et de absoluta seculari elementorum variatione certiorem me fieri posse, omnino desperarem. Jam cum nemo sit qui dubitet, hodiernam de systemate nostro solari notionem proxime veritati appropinquare, consultius procul dubio erit, has variationes seculares unice ex theoria petere, cum nimis brevis observationum bonarum series parem atque illa certitudinis gradum praebere, minime valeat. De petenda ex observationibus probatione determinationum, quas hodie ex methodo ut vocant a priori hausimus, non nisi elapsis duobus vel pluribus annorum centuriis sermo esse poterit.

Maxima quidem ex parte astronomi hujus aevi non amplius occaecati sunt praejudicio de praecipuo valore antiquissimarum Chinensium, Aegyptiorum vel Arabum observationum, omnino tamen usque ad nostra tempora invaluit mos, medium planetarum motum, ex remotissimis observationibus petere. Licet me minime fugiat, magnam annorum seriem qua observationes distant, haud parvi momenti in motus medii determinatione esse, neutiquam tamen hanc methodum sequi volui, cum rem diligentius scrutanti persuasum mihi sit, indagationem hujus elementi unice ex observationibus ab anno 1750 institutis faciendam esse. Non dubito quidem futuros esse, qui hanc meam sententiam inter paradoxa referant, nec *illi* speciosis sunt destituti argumentis. Mearum ergo est partium, probare hujus asserti fundamentum et veritatem. Huic disquisitioni primum laborem impendenti propositum erat, motum medium ex oppositionibus annorum 1595, 1691 1751 et 1807 definire; En observationes ipsas:

Annus et Dies	tempus medium Parisien.	long. hel. ♂ vera ab aequin. med.	long. ♂ med.
1595. Novbr. 9.	$22^h\ 18'\ 57,''1$	$1^s\ 17°\ 33'\ 31,''1$	$37°\ 15'\ 16,''0$
1691. Decbr. 11.	3 26 45, 0	2 19 54 30, 0	69 38 40, 1
1751. Septbr. 15.	8 20 56, 8	11 21 35 0, 9	348 8 11, 4
1807. Mart. 4.	0 27 54, 9	5 13 2 37, 2	165 7 19, 0

Aphelio et Excentricitate pro anno 1800 secundum Cl. TRIESNECKER determinationem et illorum variationibus secularibus ex theoria Ill. LA PLACE adhibitis, pro centri aequationibus, quae Epochis respondent, expressiones sequentes invenimus.

1595.
$+ 38379,''88. \sin v + 1340,''94. \sin 2v$
$+ 55,''55. \sin 3v + 2,''41. \sin 4v$

1691.
$+ 38415,''99. \sin v + 1343,''47. \sin 2v$
$+ 55,''70. \sin 3v + 2,''42. \sin 4v$

1751.
$+ 38436,''49. \sin v + 1344,''94. \sin 2v$
$+ 55,''79. \sin 3v + 2,''43. \sin 4v$

1807.
$+ 38457,''84. \sin v + 1346,''41. \sin 2v$
$+ 55,''89. \sin 3v + 2,''43. \sin 4v.$

v = Anom. vera.

Est ex elementis TRIESNECKERIANIS motus medius secularis Martis $= 2^s\ 1°\ 42'\ 10,''4$. Correctione motus medii annui per x designata, ex combinatione oppositionum annorum 1595 et 1751, 1595 et 1807, 1691 et 1807 aequationes tres exhibentur:

$$\left.\begin{array}{l} 155.949.\ x - 5,''25 = 0; \\ 211.452.\ x - 4,78 = 0; \\ 115.301.\ x - 8,33 = 0; \end{array}\right\} (A)$$

ex quibus per methodum minimorum quadratorum elicitur

$$82327.\ x - 2791 = 0; \quad x = + 0,''0338$$

exhinc

$$\text{mot. med. 100 Annor.} = 2^s\ 1°\ 42'\ 13,''78.$$

Prima haec fuit motus medii determinatio, quae non solum propter observationum sed etiam elementorum errores, quae ad reducendas longitudines heliocentricas veras in medias, imprimis Aphelii et Excentricitatis adhibita sunt, manca et erronea esse poterat. Variationibus motus medii, quae illis Aphelii et Excentricitatis respondent evolutis, erit

$$\left.\begin{array}{l} 155.\ 95.\ y + 1,''276.\ de + 0,''139\ dp + B \\ 211.\ 45.\ y + 2,\ 329.\ de - 0,\ 219\ dp + B \\ 115.\ 30.\ y + 2,\ 251.\ de - 0,\ 121\ dp + B \end{array}\right\}\ (B)$$

y = Correctioni motus medii annui, quem supra invenimus, B = errori medio observationis. Errores excentricitatis et Aphelii pro diversis Epochis ob incertitudinem variationum secularium non eosdem remanere posse, per se patet. Verosimillime autem est, a veritate nos minime aberrare, assumentes $de = 15,''$ $dp = 30''$ et errorem medium observationis (eodem utique signo affectum) $= 15.''$ His valoribus in aequationibus (B) substitutis, sequitur

$$155.\ 95.\ y + 38,''31 = 0;$$
$$211.\ 45.\ y + 43,\ 36 = 0,$$
$$115.\ 30.\ y + 45,\ 13 = 0,$$

unde per conditionem minimi,

$$82324.\ y + 20348 = 0;$$
$$y = \pm\ 0,''247.$$

Et hic est probabilis illius motus medii error, qui ex observationibus supra allatis metuendus erit. Omnibus prorsus dubiis remotis, observationibusque antiquioribus ex tota disquisitione prorsus exclusis, multo aptius mihi visum est, observationes tantum ab anno 1750 factas ad calculum revocare, et in aequationes conditionis ex illis deducendas introducere terminum, quo correctio motus medii exprimatur. Viginti septem oppositiones Martis, hac in *Epocha* observatae, tali gaudent perfectione, ut maxima ex parte incertitudinem quinque minutarum secundarum non admittant. Jam si ex legibus probabilitatis perscrutatur, quanta esse possit incertitudo correctionis ex complexu harum observationum emergens, facili negotio, illam vigesimam minutae secundae partem non assequi, quisque sibi persuadebit. Pro annis 1750-1798 observationibus tantum Grenovicensibus uti placuit, et his deficientibus observationes Viennae, Lutetiae Parisiorum, Seebergi alibique factas ad computum revocavi. Recentissimis fixarum catalogis adhibitis, quamvis observationem de novo reduxi; loca solis plerumque ex observationibus ipsis definivi, et non nisi quinquies ad tabulas solis novissimas Ill. DE ZACH, illarum inopia recurrere me coegit. Hoc modo sequentia loca Martis indagavi, quibus elementa mea correcta innituntur;

Annus et Dies	tempus medium Grenovic.	Æ. app. ♂	Declin. app. ♂	Nomen observatoris
1751. Sept. 13.	12h 8' 27,"13	354° 43' 12,"6	8° 22' 44,"8 A.	BRADLEY
— — 14.	12 3 23, 83	354 26 20, 5	8 26 51, 4 —	—
— — 16.	11 53 17, 08	353 52 29, 4	8 34 33, 0 —	—
— — 19.	11 38 10, 95	353 2 45, 3	8 44 32, 9 —	—
— — 21.	11 28 11, 11	352 30 39, 8	8 49 55, 9 —	—
1753. Novb. 16.	11 44 14, 98	52 14 24, 8	19 38 40, 5 B.	—
1755. Decbr. 28.	12 11 38, 39	100 16 24, 7	26 49 51, 4 —	—
— — 30.	12 1 14, 78	99 23 19, 5	26 55 47, 0 —	—
1758. Febr. 9.	11 41 53, 88	135 27 19, 7	21 39 27, 3 —	—
— — 10.	11 36 24, 10	135 3 51, 8	21 45 14, 6 —	—
— — 11.	11 30 56, 32	134 40 45, 9	21 50 45, 0 —	—
1760. Mart. 1.	12 50 40, 96	172 55 8, 2	7 27 48, 7 —	—
— — 4.	12 34 39, 16	171 51 26, 7	7 53 32, 7 —	—
— — 7.	12 18 29, 42	170 45 45, 7	8 19 8, 2 —	—
1762. Apr. 22.	11 18 50, 56	200 40 25, 0	6 57 54, 0 A.	—
— — 23.	11 13 29, 85	200 19 9, 6	6 52 6, 0 —	—
1764. Jun. 5.	11 31 48, 93	247 48 19, 2	24 30 54, 0 —	BLISS
— — 6.	11 26 24, 93	247 26 14, 3	24 30 57, 8 —	—
— — 7.	11 21 1, 77	247 4 21, 9	24 31 1, 6 —	—
1766. Aug. 10.	12 26 33, 84	326 6 33, 6	20 53 43, 0 —	MASKELYNE
— — 11.	12 21 35, 26	325 50 51, 3	20 59 2, 4 —	—
— — 12.	12 16 36, 10	325 34 59, 8	21 4 14, 1 —	—
— — 13.	12 11 36, 26	325 18 59, 8	21 9 12, 0 —	—
1768. Octb. 25.	11 47 49, 73	31 49 0, 3	11 18 50, 2 —	—
— — 27.	11 37 12, 72	31 7 35, 6	11 11 55, 6 —	—
— — 29.	11 26 38, 27	30 26 49, 5	11 5 15, 7 —	—
— — 30.	11 21 22, 69	30 6 51, 0	11 1 57, 5 —	—
— — 31.	11 16 8, 74	29 47 17, 2	10 58 46, 7 —	—
1770. Decbr. 13.	12 0 19, 52	82 46 4, 0	26 9 32, 4 —	—
1773. Jan. 24.	11 52 5, 86	122 36 26, 5	24 38 2, 6 —	—
1775. Febr. 25.	12 8 32, 73	157 47 27, 4	13 59 6, 1 —	—
1777. Mart. 30.	12 5 43, 34	190 6 56, 1	1 11 19, 1 A.	—
1779. Maj. 9.	12 8 45, 83	229 49 34, 3	18 35 9, 3 —	—
1783. Sept. 30.	11 58 41, 88	9 16 28, 9	0 29 46, 7 —	—
— Octb. 1.	11 53 33, 54	8 58 9, 3	0 33 39, 7 —	—
1785. Novb. 28.	11 40 13, 41	63 16 31, 2	22 54 30, 0 B.	—

Annus et Dies	tempus medium Grenovic.	Æ. app. ♂	Declin. app. ♂	Nomen observatoris
1790. Febr. 11.	12ʰ 13′ 42,″ 75	145° 39′ 12,″ 1	18° 33′ 43,″ 6 B.	Maskelyne
— — 12.	12 8 11, 89	145 15 23, 8	18 41 12, 9 —	—
1792. Mart, 11.	12 36 36, 37	179 29 47, 7	4 16 41, 3 —	—
— — 15.	12 15 8, 31	178 3 24, 3	4 50 0, 0 —	—
— — 18.	11 58 57, 19	176 57 22, 6	5 14 27, 8 —	—
1794. Apr. 19.	12 22 31, 22	213 55 27, 6	12 9 41, 5 A.	—
— — 22.	12 6 24, 29	212 50 29, 1	11 54 33, 7 —	—
— — 23.	12 1 0, 43	212 28 26, 1	11 49 21, 9 —	—
1796. Jun. 14.	11 59 54, 66	263 57 32, 8	26 58 53, 4 B.	—
1798. Aug. 31.	12 9 36, 87	342 47 42, 3	14 13 20, 5 A.	—
1800. Novb. 6.	10 39 27, 10	44 47 18, 5	16 43 26, 3 B.	Bogdanich
— — 9.	10 23 10, 70	43 39 46, 9	16 34 28, 4 —	—
— — 10.	10 17 43, 51	43 17 35, 3	16 31 29, 9 —	—
— — 12.	10 7 3, 80	42 33 53, 7	16 25 32, 4 —	—
— — 8.	10 30 11, 00	44 2 15, 0	16 37 28, 0 —	Koch
1802. Decb. 19.	11 23 45, 72	95 9 5, 9	26 39 40, 5 B.	Triesnecker
— — 20.	11 18 4, 57	94 42 43, 1	26 42 27, 2 —	—
— — 29.	10 26 55, 86	90 46 36, 8	26 59 31, 0 —	—
— — 28.	11 28 42, 00	91 11 8, 0	26 58 18, 0 —	Burckhardt
— — 29.	11 23 4, 00	90 45 35, 0	26 59 32, 0 —	—
1805. Jan. 26.	11 26 17, 94	134 0 26, 6	22 2 1, 0 —	Triesnecker
— — 28.	11 16 9, 35	133 11 7, 0	22 16 13, 5 —	—
— Febr. 1.	10 53 50, 26	131 31 59, 0	22 42 10, 4 —	—
— Jan. 29.	11 54 24, 61	132 45 53, 55	22 23 8, 8 —	Zach
— — 30.	11 48 49, 86	132 21 6, 90	22 29 30, 5 —	—
1807. Mart. 1.	12 22 52, 60	166 55 43, 60	10 8 35, 7 —	Bouvard
— — 2.	12 17 28, 63	166 33 39, 20	10 17 14, 1 —	—
— — 3.	12 12 3, 91	166 11 23, 40	10 25 43, 6 —	—
— — 5.	12 1 12, 79	165 26 26, 50	10 42 35, 5 —	—
— — 6.	11 55 47, 44	165 4 1, 20	10 50 45, 4 —	—
1809. Apr. 2.	11 55 0, 22	200 22 46, 0	5 50 24, 7 A.	Lindenau
— — 3.	11 49 42, 29	200 2 13, 8	5 43 47, 0 —	—
— — 7.	11 28 18, 79	198 37 0, 3	5 16 19, 2 —	—
— — 8.	11 22 55, 69	198 15 8, 9	5 9 30, 6 —	—

Quo longitudines geocentricas ad heliocentricas reducerem radium vectorem Martis e tabulis Cl. Triesnecker desumsi, et ad definiendum oppositionis momentum illam adhibui methodum, quam nuper in Commercio litter. astronom. (Monatl. Corresp. B. XXII. p. 312.) explicavi. Inde sequens schema exhibetur:

Annus et Dies	tempus medium Seeberg.	longit. helioc. ♂ vera ab aequin. med.
1751. Septbr. 14.	8h 54′ 31,″8	11s 21° 35′ 0,″9
1753. Novbr. 16.	11 3 12, 5	1 24 47 44, 9
1755. Decbr. 30.	0 38 17, 8	3 8 34 52, 3
1758. Febr. 2.	15 56 42, 0	4 14 20 46, 9
1760. Mart. 7.	18 4 0, 2	5 18 9 13, 8
1762. Apr. 14.	7 52 8, 4	6 24 46 12, 3
1764. Jun. 1.	1 22 12, 0	8 11 22 6, 0
1766. Aug. 13.	2 17 56, 3	10 20 41 16, 8
1768. Octbr. 25.	20 5 34, 3	1 3 25 35, 2
1770. Decbr. 14.	11 49 41, 0	2 23 6 57, 9
1773. Jan. 20.	6 36 0, 2	4 1 6 52, 9
1775. Febr. 23.	9 29 22, 4	5 5 7 55, 9
1777. Mart. 29.	21 50 5, 0	6 10 0 6, 2
1779. Maj. 11.	22 43 23, 0	7 21 27 22, 5
1783. Octbr. 1.	0 33 52, 9	0 8 10 1, 6
1785. Novbr. 27.	6 47 6, 8	2 5 59 12, 5
1790. Febr. 10.	5 49 50, 7	4 22 14 48, 7
1792. Mart. 15.	15 25 16, 9	5 26 14 54, 5
1794. Apr. 23.	18 35 42, 0	7 4 13 34, 5
1796. Jun. 14.	14 50 56, 7	8 24 35 1, 4
1798. Aug. 31.	12 33 11, 3	11 8 43 27, 4
1800. Novbr. 8.	13 30 24, 8	1 16 25 43, 5
1802. Decbr. 24.	13 37 34, 0	3 2 35 52, 3
1805. Jan. 29.	0 33 51, 8	4 9 13 37, 1
1807. Mart. 4.	1 1 28, 9	5 13 2 37, 2
1809. Apr. 8.	13 45 16, 3	6 18 45 56, 2

Elementa ♂, quae Cl. Triesnecker in Ephemerid. Vindobon. ad annum 1805 edidit, conjunctim cum absolutis perturbationum aequationibus secundum Theoriam Ill. la Place, ad comparationem observationum adhibui. Parva orbitae Martis ad eclipticam inclinatio calculi compendium omnino tolerat; cum enim variatio reductionis eclipticae, ex errore nodi et inclinationis emergens, non nisi minimi momenti esse possit, omnino licebat, in aequationibus conditionis non omnes elementorum correctiones, sed modo illas motus medii, Excentricitatis, Epochae et Aphelii retinere. Ex jam satis accurata elementorum cognitione illud vero redundavit commodum, ut in analytica formulae evolutione ad primam tantum excentricitatis dimensionem respicere necesse esset. Denotando per D differentiam inter longitudinem heliocentricam observatam et calculatam, per d. nt, dL, de, dp, correctiones motus medii, Epochae, Excentricitatis et Aphelii, per T numerum annorum ab Epocha praeterlapsorum, per e, A, excentricitatem et anomaliam mediam, deprehendimus;

$$D - dL.\,(1 - 2e.\cos A) - T.\,d.\,nt\,(1 - 2e.\cos A.) + 2de.\sin A - 2e.\,dp.\cos A = 0;$$

Epocha annus 1750 erat, et hac praesupposita, elementa secundum Cl. TRIESNECKER haec erant;

longit. med. ♂. ad annum 1750. pro Merid. Seeberg.	$0^s\ 21°\ 58'\ 5,''0$
Aphelium	5 1 27 45,
Nodus	1 17 38 12,
Excentricitas pro anno 1800	0,09321735
inclinatio	$1°\ 51'\ 5,''$
mot. med. 100 Annor.	$2^s\ 1°\ 42'\ 10,''4$

Variationes seculares nec non periodicas loci heliocentrici perturbationes, uti jam supra monuimus, ex theoria gravitatis Ill. LA PLACE hausimus, unde juste absoluto calculo pro correctione elementorum ellipticorum orbitae Martis sequentem aequationum seriem obtinuimus:

1751.	+ 2, 46 =	2,"008. d. nt	+ 1,"178. dL	+ 0,"572. de	— 0,"178. dp
1753.	+ 5, 20 =	4, 093. d. nt	+ 1, 055. dL	+ 1, 910. de	— 0, 055. dp
1755.	+ 8, 20 =	5, 472. d. nt	+ 0, 912. dL	+ 1, 764. de	+ 0, 088. dp
1758.	+ 7, 53 =	6, 687. d. nt	+ 0, 826. dL	+ 0, 723. de	+ 0, 174. dp
1760.	+ 1, 13 =	8, 397. d. nt	+ 0, 824. dL	— 0, 675. de	+ 0, 176. dp
1762.	+ 3, 65 =	11, 226. d. nt	+ 0, 913. dL	— 1, 767. de	+ 0, 087. dp
1764.	+ 3, 83 =	15, 351. d. nt	+ 1, 064. dL	— 1, 880. de	— 0, 064. dp
1766.	+ 2, 30 =	19, 687. d. nt	+ 1, 184. dL	— 0, 320. de	— 0, 184. dp
1768.	+ 3, 22 =	20, 961. d. nt	+ 1, 113. dL	+ 1, 593. de	— 0, 113. dp
1770.	+ 1, 80 =	20, 213. d. nt	+ 0, 964. dL	+ 1, 963. de	+ 0, 036. dp
1773.	+ 5, 20 =	19, 611. d. nt	+ 0, 850. dL	+ 1, 192. de	+ 0, 150. dp
1775.	+ 5, 60 =	20, 484. d. nt	+ 0, 814. dL	— 0, 135. de	+ 0, 186. dp
1777.	+ 3, 40 =	23, 664. d. nt	+ 0, 868. dL	— 1, 414. de	+ 0, 132. dp
1779.	+ 4, 10 =	29, 380. d. nt	+ 1, 000. dL	— 2, 000. de	+ 0, 000. dp
1783.	— 1, 30 =	39, 212. d. nt	+ 1, 161. dL	+ 1, 004. de	— 0, 161. dp
1785.	+ 1, 20 =	36, 723. d. nt	+ 1, 022. dL	+ 1, 986. de	— 0, 022. dp
1790.	+ 4, 00 =	32, 835. d. nt	+ 0, 818. dL	+ 0, 431. de	+ 0, 182. dp

1792.	— 2, 60	= 35, 307. d. nt	+ 0, 836. dL	— 0, 958. de	+ 0, 164. dp
1794.	— 3, 00	= 41, 726. d. nt	+ 0, 941. dL	— 1, 899. de	+ 0, 059, dp
1796.	— 4, 30	= 51, 091. d. nt	+ 1, 099. dL	— 1, 698. de	— 0, 099, dp
1798.	— 7, 20	= 57, 757. d. nt	+ 1, 186. dL	+ 0, 184. de	— 0, 186. dp
1800.	— 6, 40	= 55, 063. d. nt	+ 1, 082. dL	+ 1, 797. de	— 0, 082. dp
1803.	— 5, 20	= 49, 515. d. nt	+ 0, 934. dL	+ 1, 872. de	+ 0, 066. dp
1805.	— 2, 30	= 46, 021. d. nt	+ 0, 835. dL	+ 0, 933. de	+ 0, 165. dp
1807.	— 1, 70	= 46, 796. d. nt	+ 0, 818. dL	— 0, 437. de	+ 0, 182. dp
1809.	— 5, 60	= 52, 844. d. nt	+ 0, 891. dL	— 1, 624. de	+ 0, 109. dp

Ad evolutionem harum aequationum methodum *minimorum quadratorum* adhibentes, una cum illo pereleganti eliminationis modo, quem nuperrime in Comment. Societ. Gotting. ad annum 1809 Ill. Gauss publici juris fecit, pro determinatione quatuor incognitarum, has indagavimus aequationes

o = d. nt + 0,02487. dL + 0,00100. de + 0,0000065. dp + 0,03501.

o = dL + 0,7093. de — 0,0368. dp — 5,6084.

o = de — 0,0081. dp + 0,2325.

o = dp — 14,"692.

exhinc

dp = + 14," 692 ; de = — 0," 119

dL = + 6," 15 ; d. nt = — 0," 197.

Quibus valoribus optime conditionis aequationibus satisfieri, posthac videbimus. His correctionibus in usum vocatis Elementa correcta haec sunt;

1750 ad Meridian. Seeberg.

Epocha longit. med. ♂. =	$0^s\ 21°\ 58'\ 11,''15$
Aphelium . . .	$5^s\ 1°\ 27'\ 59,''8$
Excentricitas 1800 . .	0,0932168 = 19227,"33
log. semiaxis maj. . .	0,1828973 = 1,5236923
mot. med. ♂. 365. Die.	$6^s\ 11°\ 17'\ 9,''443$
- - diurnus .	$31'\ 26,''655$
- - 100 annor. C.	$2^s\ 1°\ 10'\ 24,''04$
- - 100 annor. B.	2 1 41 50, 69
Revolutio tropica . .	$686^D\ 22^h\ 18'\ 46,''8$
- siderea . .	686 23 30 41, 4

pro Epocha anni 1800 habebitur porro

aquatio centri	radius vector
= — 38413,"03. sin A	= 1,5303123
+ 2233, 08. sin 2 A	+ 0,1415669. cos A
— 180, 00. sin 3 A	— 0,0065812. cos 2 A
+ 16, 58. sin 4 A	+ 0,0004589. cos 3 A
— 1, 63. sin 5 A	— 0,0000379. cos 4 A
+ 0, 17. sin 6 A	+ 0,0000035. cos 5 A
	— 0,0000010. cos 6 A
variatio secularis	variatio secularis
= — 37,"13. sin. A	= 0,0000128
+ 4, 34. sin 2 A	+ 0,0001362. cos. A
— 0, 53. sin 3 A	— 0,0000128. cos 2 A
	+ 0,0000013. cos 3 A

Excentricitatis et Aphelii variationes seculares ex mente Ill. LA PLACE determinavimus. Correctiones massarum planetarum, quales autor Mechanicae coelestis adhibuit, per signa planetarum designamus; ex Tomo III. p. 90. operis allati sequitur;

variatio annua excentricitatis = + 0,"1863 + 0,"00236. ☿ + 0,"00155. ♀ + 0,"04050. ♂ + 0,"31493. ♃ + 0,"01315. ♄;
= + 0",1863 + 0,"0001 — 0",0005 = 0,"1859.

Variatio annua Aphelii = 50,"10 + 15,"674 + 0,"0159. ☿ + 0,"51109. ♀ + 2,"1293. ♂ + 12,"3129. ♃ + 0,"6938. ♄;
= 50,"10 + 15,"674 + 0,"0378 — 0,"0347 = 65,"677.

Massa Veneris secundum disquisitiones novissimas Cl. virorum DELAMBRE et BOUVARD aucta in proportione 1 : 1,0743, et illa Saturni vicesima parte imminuta.

Cum indoles orbitae martis in aequationibus conditionis pro correctione nodi et inclinationis, perparvos tantum coefficientium valores *suppeditat*, consultius mihi visum est, ex observationum numero aptissimas seligere, et ex his calculo directo elementa ista deducere. Infeliciter vero ad determinandum nodum tam pauca adsunt adminicula, quae huic negotio expediendo apta videntur, ut in hujus elementi enodatione incertitudinem 30 vel 40 minutarum secundarum remansisse, haud dubitem. Sperabam quidem, ex observationibus, quas mense Aprili, Marte in viciniis nodi versante, cum circulo quem vocant repetente instituere propositum erat, novam et perfectiorem invenire nodi determinationem, sed operam et oleum perdidi, coelo semper atris nubibus obtecto et caliginoso, votisque minime favente.

Ad determinationem inclinationis has adhibui observationes;

Annus et Dies	Æ. ♂	Decl. ♂	Inclin. orbitae	Nomen observatoris
1753. Jun. 23.	13° 18′ 34,″ 5	3° 18′ 45,″ 7 B.	1° 51′ 7,″ 4	Bradley
— — 24.	13 56 57, 7	3 34 25, 8 —	9, 0	—
— — 26.	15 13 40, 6	4 5 36, 3 —	9, 6	—
1758. Febr. 9.	135 27 19, 7	21 39 27, 3 —	5, 1	—
— — 10.	135 3 51, 8	21 45 14, 6 —	4, 8	—
— — 11.	134 40 45, 9	21 50 45, 0 —	7, 1	—
1766. Aug. 10.	326 6 33, 6	20 53 43, 0 A.	4, 3	Maskelyne
— — 11.	325 50 51, 3	20 59 2, 4 —	5, 2	—
— — 12.	325 34 59, 8	21 4 14, 1 —	5, 4	—
— — 13.	325 18 59, 8	21 9 12, 0 —	6, 3	—
1775. Febr. 25.	157 47 27, 4	13 59 6, 1 B.	6, 9	—
1790. Febr. 11.	145 39 12, 1	18 33 43, 6 —	6, 1	—
— — 12.	145 15 23, 8	18 41 12, 9 —	5, 4	—
1793. Novbr. 8.	171 11 9, 8	5 30 30, 8 —	7, 6	Piazzi
— — 9.	171 43 30, 0	5 17 7, 0 —	6, 2	—
— — 10.	172 15 40, 4	5 3 44, 4 —	5, 6	—
— — 12.	173 20 0, 3	4 37 0, 6 —	3, 8	—
— — 18.	176 30 50, 3	3 17 15, 1 —	5, 7	—
— — 19.	177 2 22, 3	3 3 59, 8 —	5, 4	—
1805. Jan. 26.	134 0 26, 6	22 2 1, 0 —	4, 0	Triesnecker
— — 28.	133 11 7, 0	22 16 13, 5 —	7, 5	—
— Febr. 1.	131 31 59, 0	22 42 10, 4 —	7, 1	—
— — 15.	126 20 34, 4	23 44 19, 6 —	6, 7	Lindenau
— — 18.	125 27 57, 1	23 51 18, 8 —	7, 3	—
— — 19.	125 11 46, 4	23 53 2, 5 —	4, 6	—

Inclinat. orb. ♂ = 1° 51′ 6,″ 2

Secularem inclinationis variationem, cum valorem duarum minutarum secundarum assequi nequeat, prorsus negligendam esse putavi.

Quae pro definiendo orbitae Martis nodo colligere mihi contigit, sequens schema sistit;

Annus et Dies	longitud. hel. ♂ observ.	latitud. hel. ♂ observ.	☊	Nomen observatoris
1751. Decbr. 18.	1ˢ 18° 4′ 1,″ 1	0° 0′ 42,″ 7	1ˢ 17° 41′ 56,″ 5	Bradley
— — 24.	1 21 23 3, 4	0 7 9, 7	1 17 41 40, 4	—
1753. Novbr. 16.	1 24 49 40, 0	0 13 52, 6	1 17 42 21, 0	—
1768. Octbr. 25.	1 3 14 33, 0	0 27 53, 1	1 17 46 23, 4	Maskelyne

Annus et Dies			longitud. hel. ♂ observ.	latitud. hel. ♂ observ.	☊	Nomen observatoris
1768.	Octbr.	27.	1ˢ 4° 23′ 42,″0	0° 25′ 43,″6	1ˢ 17° 46′ 47,″8	Maskelyne
—	—	29.	1 5 32 37 3	0 23 32, 7	1 17 46 28, 4	—
—	—	30.	1 6 7 1, 1	0 22 28, 4	1 17 46 59, 8	—
—	—	31.	1 6 41 19, 1	0 21 24, 0	1 17 47 24, 6	—
—	Novbr.	6.	1 10 6 12, 1	0 14 52, 4	1 17 47 31, 4	—
—	—	7.	1 10 40 6, 3	0 13 46, 2	1 17 47 7, 3	—
—	—	8.	1 11 14 0, 7	0 12 41, 1	1 17 47 12, 1	—
1779.	Maj.	9.	7 20 13 20, 1	0 4 31, 1	1 17 51 28, 7	—
1800.	Novbr.	6.	1 15 15 34, 9	0 5 16, 4	1 17 59 4, 9	Bogdanich
—	—	9.	1 16 55 46, 4	0 2 3, 0	1 17 59 10, 8	—
—	—	10.	1 17 29 6, 2	0 0 58, 7	1 17 59 21, 7	—
—	—	12.	1 18 35 30, 4	0 1 7, 0	1 18 0 58, 1	—
—	—	8.	1 16 22 29, 3	0 3 8, 3	1 17 59 52, 5	Koch
—	—	10.	1 17 29 6, 2	0 0 58, 9	1 17 59 27, 9	Triesneker
—	—	11.	1 18 2 18, 3	0 0 4, 5	1 18 0 0, 0	—

Denominationibus supra allatis adhibitis, ex theoria gravitatis annuus nodi motus erit

$$= 50,''10 - 22,''7896 - 0,''3185.\ ☿ - 8,''5775.\ ♀ - 1,''9644.\ ♁ - 0,''4331.\ ♂ - 11,''0160.\ ♃ - 0,''4691.\ ♄.$$

$$= 50,''10 - 23,''31 = 26,''79.$$

Ex comparatione plurium observationum, et praecipue illarum Cl. Bradley, cum novissimis nostri aetatis, minor nodi motus annuus, et quidem $= 22,''43$. evadit. Quare motum hunc annuum $= 25''$ assumendo proxime ad veritatem accedere mihi visum est. Reductione rite facta ex complexu observationum pro Epocha anni 1800 erit

$$\text{longit. } ☊ = 1^s\ 17°\ 59'\ 38,''4$$

Sit longitudo ♂ media = ♂, Aphelium $= \pi$, t. numerus annorum ab anno 1800 computatorum. (pro annis ante 1800 t. mutat Signum.)

Jam si elementa elliptica conjunguntur cum perturbationibus, quales ex Veneris et Saturni massis secundum theoriam Ill. la Place correctis prodeunt, habebimus veram Martis in orbita longitudinem heliocentricam per formulam sequentem:

$$\begin{aligned} = ♂ &- (38413,''03 + 0,''3713.\ t).\ \sin\ (♂ - \pi) \\ &- (2233,''08 + 0,''0434.\ t).\ \sin 2\ (♂ - \pi) \\ &- (180,''00 + 0,''0053.\ t).\ \sin 3\ (♂ - \pi) \end{aligned}$$

$+\ 16{,}''58.\ \sin 4\,(♂ - \pi)$

$-\ 1{,}''63.\ \sin 5\,(♂ - \pi)$

$+\ 0{,}''17.\ \sin 6\,(♂ - \pi)$

Arg. II.	$-\ 24{,}''441.\ \sin\,(♂ - ♃)$ $+\ 13{,}''598.\ \sin 2\,(♂ - ♃)$ $+\ 1{,}''181.\ \sin 3\,(♂ - ♃)$ $+\ 0{,}''173.\ \sin 4\,(♂ - ♃)$ $-\ 0{,}''752.\ \sin\,(♂ - ♃) + 1{,}''054.\ \cos\,(♂ - ♃)$
Arg. III.	$+\ 18{,}''326.\ \sin\,(♂ - 2\,♃) - 11{,}''416.\ \cos\,(♂ - 2\,♃)$
Arg. IV.	$-\ 9{,}''806.\ \sin\,(2\,♂ - ♁) - 9{,}''741.\ \cos\,(2\,♂ - ♁)$ $-\ 1{,}''650.\ \sin 2\,(2\,♂ - ♁) - 4{,}''047.\ \cos 2\,(2\,♂ - ♁)$
Arg. V.	$+\ 6{,}''989.\ \sin\,(♁ - ♂)$ $-\ 0{,}''969.\ \sin 2\,(♁ - ♂)$ $-\ 0{,}''183.\ \sin 3\,(♁ - ♂)$
Arg. VI.	$+\ 5{,}''914.\ \sin\,(2\,♁ - 3\,♂) - 3{,}''854.\ \cos\,(2\,♁ - 3\,♂)$
Arg. VII.	$+\ 3{,}''070.\ \sin\,(♀ - 3\,♂) - 6{,}''715.\ \cos\,(♁ - 3\,♂)$
Arg. VIII.	$+\ 0{,}''401.\ \sin\ ♃ + 3{,}''580.\ \cos\ ♃$ $-\ 0{,}''719.\ \sin 2\,♃ - 1{,}''252.\ \cos 2\,♃$
Arg. IX.	$-\ 1{,}''196.\ \sin\,(♀ - 2\,♂) + 0{,}''749.\ \cos\,(♀ - 2\,♂)$
Arg. X.	$-\ 1{,}''273.\ \sin\,(♂ - ♄)$ $+\ 0{,}''422.\ \sin 2\,(♂ - ♄)$
Arg. XI.	$+\ 0{,}''111.\ \sin\ ♄ + 0{,}''724.\ \cos\ ♄$
Arg. XII.	$+\ 0{,}''619.\ \sin\ ♁ + 0{,}''324.\ \cos\ ♁$
Arg. XIII.	$+\ 1{,}''467.\ \sin\,(2\,♂ - 3\,♃) + 1{,}''754.\ \cos\,(2\,♂ - 3\,♃)$
Arg. XIV.	$-\ 2{,}''743.\ \sin\,(2\,♂ - ♃) - 1{,}''291.\ \cos\,(2\,♂ - ♃)$
Arg. XV.	$+\ 1{,}''642.\ \sin\,(3\,♂ - 2\,♃) + 0{,}''859.\ \cos\,(3\,♂ - 2\,♃)$
Arg. XVI.	$+\ 0{,}''983.\ \sin\,(3\,♁ - 5\,♂) - 2{,}''478.\ \cos\,(3\,♁ - 5\,♂)$
Arg. XVII.	$-\ 0{,}''601.\ \sin\,(3\,♁ - 4\,♂) + 0{,}''314.\ \cos\,(3\,♁ - 4\,♂)$
Arg. XVIII.	$-\ 0{,}''479.\ \sin\,(3\,♂ - ♁) - 1{,}''330.\ \cos\,(3\,♂ - ♁)$
Arg. XIX.	$+\ 1{,}''511.\ \sin\,(♂ - 2\,♄) - 0{,}''917.\ \cos\,(♂ - 2\,♄)$

Minores quasdam aequationes, quas theoria suppeditat, ut

$$\begin{array}{l} +\ 0,''223.\ \sin(♀ - ♂) \\ -\ 0,''181.\ \sin(4\ ♃ - 3\ ♂) + 0,''168.\ \cos(4\ ♃ - 3\ ♂) \\ -\ 0,''278.\ \sin(♃ + ♂) + 0,''370.\ \cos(♃ + ♂) \end{array}$$

in tabulas non admisi.

Radius vector Martis

$$\begin{array}{l} = 1,5303123 + 0,000000128.\ t \\ +\ (0,1415669 + 0,000001362.\ t).\ \cos\ (♂ - \pi) \\ -\ (0,0065812 + 0,000000128.\ t).\ \cos 2\ (♂ - \pi) \\ +\ (0,0004589 + 0,000000013.\ t).\ \cos 3\ (♂ - \pi) \\ -\ 0,0000379.\ \cos 4\ (♂ - \pi) \\ +\ 0,0000035.\ \cos 5\ (♂ - \pi) \\ -\ 0,0000010.\ \cos 6\ (♂ - \pi) \end{array}$$

Arg. II. $$\left\{ \begin{array}{l} -\ 0,0000066 \\ +\ 0,0000784.\ \cos\ (♂ - ♃) \\ -\ 0,0000679.\ \cos 2\ (♂ - ♃) \\ -\ 0,0000069.\ \cos 3\ (♂ - ♃) \\ -\ 0,0000011.\ \cos 4\ (♂ - ♃) \\ -\ 0,0000002.\ \cos 5\ (♂ - ♃). \\ +\ 0,0000021.\ \cos\ (♂ - ♃) - 0,0000036.\ \sin\ (♂ - ♃) \end{array} \right.$$

Arg. III. $$\left\{ -\ 0,0000463.\ \cos\ (♂ - 2\ ♃) + 0,0000291.\ \sin\ (♂ - 2\ ♃) \right.$$

Arg. IV. $$\left\{ \begin{array}{l} +\ 0,0000082.\ \cos\ (2\ ♂ - ♄) - 0,0000071.\ \sin\ (2\ ♂ - ♄) \\ +\ 0,0000036.\ \cos\ (4\ ♂ - 2\ ♄) + 0,0000060.\ \sin\ (4\ ♂ - 2\ ♄) \end{array} \right.$$

Arg. V. $$\left\{ \begin{array}{l} +\ 0,0000024 \\ -\ 0,0000188.\ \cos\ (♄ - ♂) \\ +\ 0,0000052.\ \cos 2\ (♄ - ♂) \\ +\ 0,0000012.\ \cos 3\ (♄ - ♂) \\ +\ 0,0000004.\ \cos 4\ (♄ - ♂) \\ +\ 0,0000002.\ \cos 5\ (♄ - ♂) \end{array} \right.$$

Arg. VI. $$\left\{ -\ 0,0000182.\ \cos\ (2\ ♄ - 3\ ♂) - 0,0000118.\ \sin\ (2\ ♄ - 3\ ♂) \right.$$

Arg. VII. $$\left\{ -\ 0,0000011.\ \cos\ (♀ - 3\ ♂) - 0,0000023.\ \sin\ (♀ - 3\ ♂) \right.$$

Arg. VIII. $$\left\{ \begin{array}{l} -\ 0,0000065.\ \cos\ ♃ + 0,0000056.\ \sin\ ♃ \\ +\ 0,0000040.\ \cos 2\ ♃ - 0,0000069.\ \sin 2\ ♃ \end{array} \right.$$

Arg. IX. $$\left\{ \begin{array}{l} +\ 0,0000017 \\ +\ 0,0000049.\ \cos\ (♀ - 2\ ♂) + 0,0000030.\ \sin\ (♀ - 2\ ♂) \end{array} \right.$$

Arg. X. { — 0,0000003
+ 0,0000045. cos (♂ — ♄)
— 0,0000022. cos 2 (♂ — ♄)
— 0,0000001. cos 3 (♂ — ♄)

Arg. XII. { — 0,0000020. cos ♁ + 0,0000011. sin ♁

Arg. XIII. { — 0,0000065. cos (2 ♂ — 3 ♃) + 0,0000086 sin (2 ♂ — 3 ♃)

Arg. XIV. { + 0,0000077. cos (2 ♂ — ♃) — 0,0000040. sin (2 ♂ — ♃)

Arg. XV. { — 0,0000057. cos (3 ♂ — 2 ♃) + 0,0000030. sin (3 ♂ — 2 ♃)

Arg. XVI. { — 0,0000028. cos (3 ♁ — 5 ♂) — 0,0000070. sin (3 ♁ — 5 ♂)

Arg. XVII. { + 0,0000021. cos (3 ♁ — 4 ♂) — 0,0000025. sin (3 ♁ — 4 ♂)

Arg. XVIII. { + 0,0000015 cos (3 ♂ — ♁) — 0,0000048. sin (3 ♂ — ♁)

Arg. XIX. { — 0,0000052 cos (♂ — 2 ♄) — 0,0000027. sin (♂ — 2 ♄)

Latitudinis perturbationes ne dimidiam quidem minutae secundae partem attingunt, quam ob rem omni jure omittebantur.

Formularum cum septem viginti oppoſitionibus, comparatione instituta omnibus numeris absoluta apparet Theoriae cum observatione consonantia;

Anni	Error form.	Anni	Error form.	Anni	Error form.
1751	— 1,"8	1770	— 0,"5	1794	— 1,"7
1753	+ 0, 5	1773	+ 1, 8	1796	+ 0, 5
1755	+ 2, 7	1775	+ 1, 8	1798	— 0, 4
1758	+ 1, 2	1777	+ 1, 1	1800	— 1, 8
1760	— 4, 9	1779	+ 3, 4	1803	— 1, 9
1762	— 1, 2	1783	+ 1, 6	1805	— 0, 7
1764	+ 1, 0	1785	+ 2, 2	1807	— 0, 3
1766	+ 1, 1	1790	+ 2, 7	1809	— 2, 5
1768	+ 2, 3	1792	— 3, 1		

alia autem via de rite facta elementorum determinatione me certum fieri, cum exoptarem, ad radium vectorem probandum, observationes quadraturarum sex, annis 1776, 1781, 1783, 1784, 1789 et 1790 Grenovici institutas, ad calculum revocavi. Quae inde emergebant, disquisitionibus nostris pariter suffragantur. Denominamus l, λ, geocentricam et heliocentricam planetae longitudinem, β latitudinem heliocentricam, r radium vectorem ex elementis computatum, L, R, longitudinem heliocentricam terrae et illius a sole distantiam.

Inde erit

$$r. \sin(l - \lambda). \cos\beta - R. \sin(l - L.) = o;$$

sit porro $(1 + \mu)$ factor pro correctione ipsius r per quadraturas determinandus; quaeque observatio suppeditat aequationem hujus formae.

$$r(1 + \mu). \sin(l - \lambda). \cos\beta - R. \sin(l - L) = o;$$

ex quibus emergit quantitas μ.

Observationes quadraturarum hae erant;

Annus et Dies			tempus medium Grenovic.			Æ. ♂			Declin. ♂			
1776.	Decbr.	24.	18h	1′	26,″97	184°	40′	8,″2	0°	26′	10,″5	B.
—	—	25.	17	59	6, 82	185	4	8, 5	0	16	42, 4	—
1781.	Novbr.	18.	6	5	53, 41	329	36	0, 0	14	2	14, 8	A.
1783.	Maj.	20.	18	18	3, 32	333	16	45, 3	13	24	4, 6	—
—	—	21.	18	16	39, 53	333	54	53, 5	13	11	39, 9	—
1784.	Jan.	22.	5	52	8, 25	29	44	42, 5	13	12	38, 9	B.
—	—	23.	5	50	18, 27	30	16	16, 5	13	24	43, 1	—
1789.	Novbr.	8.	18	9	40, 73	141	15	8, 7	17	7	51, 3	—
—	—	9.	18	7	30, 56	141	41	30, 9	17	1	4, 8	—
1790.	Maj.	12.	6	26	10, 23	147	14	16, 8	15	3	18, 3	—
—	—	13.	6	23	46, 98	147	37	30, 5	14	53	39, 8	—
—	—	14.	6	21	24, 68	148	0	58, 4	14	43	56, 2	—
—	—	15.	6	19	3, 35	148	24	41, 0	14	34	4, 8	—
—	—	16.	6	16	42, 79	148	48	35, 1	14	24	6, 0	—
—	—	17.	6	14	23, 13	149	12	43, 0	14	14	4, 3	—

Rite absoluto calculo ex observationibus hic allatis erit:

$$0{,}9837354\ (1 + \mu) - 0{,}9837306 = 0;$$
$$0{,}9836568\ (1 + \mu) - 0{,}9836508 = 0;$$
$$1{,}0132204\ (1 + \mu) - 1{,}0132261 = 0;$$
$$1{,}0134294\ (1 + \mu) - 1{,}0134357 = 0;$$
$$0{,}9846182\ (1 + \mu) - 0{,}9846010 = 0;$$
$$0{,}9846794\ (1 + \mu) - 0{,}9846866 = 0;$$
$$0{,}9875955\ (1 + \mu) - 0{,}9875865 = 0;$$
$$0{,}9896765\ (1 + \mu) - 0{,}9896760 = 0;$$
$$0{,}9894917\ (1 + \mu) - 0{,}9895010 = 0;$$

$$1{,}0105132\,(1+\mu) - 1{,}0105471 = 0;$$
$$1{,}0110691\,(1+\mu) - 1{,}0110787 = 0;$$
$$1{,}0115230\,(1+\mu) - 1{,}0115152 = 0;$$
$$1{,}0118648\,(1+\mu) - 1{,}0118563 = 0;$$
$$1{,}0121161\,(1+\mu) - 1{,}0121047 = 0;$$
$$1{,}0123027\,(1+\mu) - 1{,}0122642 = 0;$$

inde
$$1{,}0018992\,(1+\mu) - 1{,}0018969 = 0;$$
$$\mu = 0{,}0000023;$$

hinc quam proxime erit semiaxeos correctio = 0,000003; ex cujus omissione in geocentricam planetae longitudinem nunquam unius minutae secundae variationem redundare posse, facili negotio eruitur.

Praestare quandoque potest, radium vectorem ex observationibus definitum non cum illo e tabulis Computato, sed sine interventu illius cum ipso semiaxi majori, comparare. Sit pro Epocha observationis, excentricitas = e, cos V = e; $z = R. \frac{\sin(l - L)}{\sin(l - \lambda).\ \cos\beta}$; dabitur differentia inter z (radium vectorem ex observatione determinatum) et a (semi axem majorem) per has formulas finitas

$$a - z = 2.\sin.\frac{\psi}{2}.\ \sin\left(V + \frac{\psi}{2}.\right) z.\frac{e}{1-e^2}$$

$$a - z = 2.\sin.\frac{\psi}{2}.\ a.\ \frac{e.\ \sin\left(V + \frac{\psi}{2}\right)}{1 - e.\ \cos\,(V + \psi)}$$

angulus ψ ita determinandus est, ut sit

$$V + \psi = \text{Anomaliae verae}.$$

Ad hanc comparationem juste instituendam requiritur, ut radius vector observatus per applicationem perturbationum ad distantiam *ellipticam* reducatur.

Tabularum constructio cum illa Veneris re ipsa convenit. Per additionem quantitatum constantium omnes longitudines heliocentricae et radii vectoris perturbationes positivae factae sunt. De summa perturbationum in longitudine detrahendae sunt 124″ et ab illis radii vectoris quantitas 0,0003289. Constantium valores pro qualibet aequatione hi sunt;

I. Quantitates constantes pro perturbationibus in longitudine heliocentrica ♂.

Tab. VII.	Arg. II.	♂ — ♃.	Quantitas	constans	+ 34″.
.. VIII.	.. III.	♂ — 2 ♃.	..	..	22.
.. IX.	.. IV.	2 ♂ — ♁.	..	..	17.
.. X.	.. V.	♁ — ♂.	..	..	8.
.. XI.	.. VI.	2 ♁ — 3 ♂.	..	..	8.
.. XII.	.. VII.	♀ — 3 ♂.	..	..	8.
.. XIII.	.. VIII.	♃.	..	..	5.
.. XIV.	.. IX.	♀ — 2 ♂.	..	..	2.
.. XV.	.. X.	♂ — ♄.	..	..	2.
.. XVI.	.. XI.	♄.	..	..	1.
.. XVII.	.. XII.	♁.	..	..	1.
.. XVIII.	.. XIII.	2 ♂ — 3 ♃.	..	..	3.
.. XIX.	.. XIV.	2 ♂ — ♃.	..	..	3.
.. XX.	.. XV.	3 ♂ — 2 ♃.	..	..	2.
.. XXI.	.. XVI.	3 ♁ — 5 ♂.	..	..	3.
.. XXII.	.. XVII.	3 ♁ — 4 ♂.	..	..	1.
.. XXIII.	.. XVIII.	3 ♂ — ♁.	..	..	2.
.. XXIV.	.. XIX.	♂ — 2 ♄.	..	..	2.
					124″.

II. Quantitates constantes pro perturbationibus radii vectoris.

Tab. XXVI.	Arg. II.	Quantitas	constans	+ 0,0001492.
.. XXVII.	.. III.	..	..	547.
.. XXVIII.	.. IV.	..	..	173.
.. XXIX.	.. V.	..	..	123.
.. XXX.	.. VI.	..	..	216.
.. XXXI.	.. VII.	..	..	25.
.. XXXII.	.. VIII.	..	..	106.
.. XXXIII.	.. IX.	..	..	40.
.. XXXIV.	.. X.	..	..	68.
.. XXXV.	.. XII.	..	..	23.
.. XXXVI.	.. XIII.	..	..	108.
.. XXXVII.	.. XIV.	..	..	87.
.. XXXVIII.	.. XV.	..	..	64.
.. XXXIX.	.. XVI.	..	..	75.
.. XXXX.	.. XVII.	..	..	33.
.. XXXXI.	.. XVIII.	..	..	50.
.. XXXXII.	.. XIX.	..	..	59.
				0,0003289.

Silentio non praetereundum est, in Tab. XXV. pro radio vectore elliptico sex, in ejus vero perturbationibus septem notas decimales adhibitas esse. Quando in computatione locorum ⚴ heliocentricorum, ut saepenumero evenit, non operae pretium est, quasque singulas minutas secundas respicere, consilii erit, pro perturbationibus longitudinis non nisi Tabulis VII-XIII, et pro illis radii vectoris Tabulis XXVI-XXXII uti.

Hoc vero casu et valores constantium minuendi sunt; pro longitudine constans ad 102″ et pro radio vectore ad 0,0002682 deprimitur. Error inde metuendus rarissime quinque minutarum secundarum erit. Ne tabularum volumen ultra modum excresceret, undecim tantum Argumenta Epochis adjeci; reliqua septem ex combinatione priorum sequuntur.

Arg. XIII	= 2. Arg. II	—	Arg. VIII.
Arg. XIV	= 2. Arg. II	+	Arg. VIII.
Arg. XV	= 3. Arg. II	+	Arg. VIII.
Arg. XVI	= Arg. VI	—	Arg. IV.
Arg. XVII	= 2. Arg. V	—	Arg. IV.
Arg. XVIII	= 2. Arg. XII	—	3. Arg. V.
Arg. XIX	= Arg. X	—	Arg. XI.

Tabulam pro aequatione centri et radio vectore ad singulas quindecim minutas anomaliae mediae computavi, et loco differentiarum ipsarum, illas pro variatione unius minutae apposui, cum talis procedendi modus interpolationis negotium facilius reddere videatur.

Parallaxeos, Semidiametri et Aberrationis calculum per quasdam tabulas auxiliares in fine adjectas sublevare studui. Cardo rei hic imprimis in invenienda planetae a terra distantia versatur. Sit commutatio $= \gamma$, Distantia planetae et terrae a sole, r, R, Distantia planetae a terra $= \Delta$, erit

$$\Delta = \sqrt{(r^2 + R^2 - 2\, r\, R.\cos.\gamma)}$$

et substitutis distantiis mediis ipsorum r et R,
fit

$$\Delta = \sqrt{(3{,}3217 - 3{,}0474.\cos.\gamma.)}$$

ex qua formula Tab. XLV computata est. Variationes ipsius $d\Delta$ ex variatione dr et dR exortae exhibentur per formulas sequentes:

$$\frac{d\Delta}{dr} = \frac{r - R.\cos.\gamma}{(r^2 + R^2 - 2\, r\, R.\cos.\gamma)^{\frac{1}{2}}} = \frac{r - R.\cos.\gamma}{\Delta}$$

$$\frac{d\Delta}{dR} = \frac{R - r.\cos.\gamma}{(r^2 + R^2 - 2\, r\, R.\cos.\gamma)^{\frac{1}{2}}} = \frac{R - r.\cos.\gamma}{\Delta}$$

In orbita Martis dr valorem 0,1420, in illa terrae dR non nisi 0,0168 assequi potest. Graviter errandi haud erit locus, quantitate dR neglecta, sed operae pretium erit, ad ipsius dr variationem in calculo respicere seu rationem habere. Tab. XLVI cum Argumento *Commutationis* exhibet valores formulae

$$\frac{1{,}5233 - \cos.\ \gamma}{\Delta} = (d\Delta)$$

unde veram distantiam planetae a terra deprehendimus

$$= \Delta + (1{,}5237 - r) \quad (d\Delta)$$

Supponendo planetam in distantia media a sole versari, eadem pagella valores parallaxeos et semidiametri Martis praebet. Si calculi finis, ad quasque singulas minutas secundas respicere suadet, necesse est, in harum quantitatum computo correctionem distantiae planetae a terra Tab. XLVI contentam in usum vocare. Correctiones parallaxeos et Semidiametri, quae valori (1,5237 — r) (dΔ) respondent, ex duabus tabulis petendae sunt, quas hic appono;

I. Correctio Parallaxeos.

Arg. Δ	Arg. (1,5237 — r) (dΔ)								
	0,02	0,04	0,06	0,08	0,10	0,12	0,14	0,16	0,18
0,4	1,″1	2,″0	2,″9	3,″7	4,″4	5,″1	5,″7	6,″3	6,″8
0,6	0,5	0,9	1,4	1,8	2,1	2,5	2,8	3,1	3,4
0,8	0,3	0,5	0,8	1,0	1,2	1,4	1,6	1,8	2,0
1,0	0,2	0,4	0,5	0,7	0,8	0,9	1,1	1,2	1,3
1,2	0,1	0,3	0,3	0,4	0,5	0,6	0,7	0,8	0,9

II. Correctio Semidiametri.

Arg. Δ	Arg. (1,5237 — r) (dΔ)								
	0,02	0,04	0,06	0,08	0,10	0,12	0,14	0,16	0,18
0,4	0,″6	1,″1	1,″5	1,″9	2,″3	2,″7	3,″0	3,″3	3,″6
0,6	0,3	0,5	0,7	0,9	1,1	1,5	1,5	1,7	1,8
0,8	0,2	0,3	0,4	0,5	0,7	0,8	0,9	1,0	1,1
1,0	0,1	0,2	0,3	0,4	0,4	0,5	0,6	0,7	0,7

Detrahuntur hae correctiones a valoribus Tabulae XLVI si quantitas (1,5237 — r) (dΔ) negativa est, adduntur casu contrario.

Si locorum geocentricorum copia est, unde diurnus planetae motus (= m) exacte sequitur, procul dubio aberratio facillime obtinetur, illo et planetae a terra distantia in usum vocatis. Erit

$$\text{Log. Aberrat. in longitud.} = \log.\ m + \log.\ \Delta + \log.\ 7{,}7505094.$$

Quando vero motus geocentricus ex observationibus elici nequeat, aberratio ex Tab. XLVII cum Argumentis "*Elongationis*, *Parallaxis annuae*" et "*longitudinis geocentricae*" petenda est. Constructa est haec Tab. ex formula

$$— 20,''3. \cos (l — L) — 16,''5. \cos (l — \lambda) — 1,''2. \cos l + 0,''4 \sin l.$$

Nova et exoptata tabulas comprobandi occasio, ex novissima Martis in specula Seebergensi observata oppositione mihi enata est. Quae ex comparatione observationum cum elementis meis correctis proveniunt, coronidis loco hic subjungam.

Annus et Dies	temp. med. Seeberg.	Æ. ♂ app. limb. I.	Decl. ♂ app. centr.
1811. Maj. 17.	12ʰ 32′ 50,″3	242° 58′ 44,″4	22° 12′ 54,″9
— — 18.	12 27 31, 7	242 37 59, 0	22 12 36, 9
— — 19.	12 22 11, 7	242 16 55, 8	22 12 12, 3
— — 20.	12 16 50, 4	241 55 30, 9	22 11 45, 0
— — 22.	12 6 4, 0	241 11 46, 2	22 10 33, 4
— — 24.	11 55 14, 2	240 27 9, 7	22 8 50, 7
— — 29.	11 28 5, 2	238 34 29, 2	22 3 18, 9

exhinc sequitur

longit. helioc. ♂ observ.	longit. e tab.	Correct. tab.	latit. hel. ♂ observ.	latit. e tab.	Correct. tab.
239° 7′ 57,″5	239° 7′ 57,″6	+ 0,″1	0° 21′ 16,″2	0° 21′ 19,″5	— 3,″3
239 39 26, 1	239 39 21, 6	+ 4, 5	0 22 15, 7	0 22 18, 9	— 3, 2
240 10 49, 7	240 10 49, 3	+ 0, 4	0 23 14, 7	0 23 17, 8	— 3, 1
240 42 21, 5	240 42 20, 1	+ 1, 4	0 24 13, 8	0 24 17, 6	— 3, 8
241 45 32, 3	241 45 31, 0	+ 1, 3	0 26 13, 8	0 26 17, 5	— 3, 7
242 48 56, 4	242 48 55, 2	+ 1, 2	0 28 12, 0	0 28 16, 3	— 4, 3
245 28 24, 8	245 28 23, 5	+ 1, 3	0 33 10, 6	0 33 13, 4	— 2, 8

Correct. media tabul. in longit. helioc. = + 1,″44.

. . . . latit. helioc. = — 3, 46.

☍. ♂. ☉. 1811. 24. Maj. 11ʰ 52′ 37,″9. temp. med. Seeberg.

longit. helioc. ♂ = 8ˢ 2° 48′ 53,″16.

latit. helioc. ♂ = 0° 28′ 13,″2. Austr.

Tabularum usum completo duorum locorum Martis heliocentricorum calculo illustravimus, ita ut et minus exercitatis nulla omnino difficultas in eis adhibendis occurrere possit. Dabam in Specula astronomica Ernestina, quae in Monte Seeberg est, d. 1. Jun. 1811.

Exemplum I.

